



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

asperâ catenâ cilicioque carnem domans, humi cubans, admirando rigore *Zonâ ferreâ lumbos* adstrinxit & puluilli vice trunco vsa est. Ferrea eius Zona hodie dū religiosè asservatur puerperis (etiam hæresi attōitâ) cōtinuò salutaris. Virginea hæc, venerabilis Catharinæ Familia, ut fortissima istic *fidei columna unica ferè* in medio A-catholicæ gentis persistit. Pedisequa & nominis & virtutis eius æmula, eodem cum illa tumulto quiescit, *ut in vita, jta nec in morte separatæ.*
Ex Necrologio istius loci.

XXVII.

S CASIMIRI B. RICHEZÆ *Filij Palatini,* qui ex *Religioso Cluniacensi* ad Regnum POLONIÆ Pontificiâ auctoritate extractus est, Regnum & familiam suam morte sua nobilitata reliquit, crebrò in ore habens, *eam demum veram esse sapientiam, scire Deum omnia esse, & hominem nihil.*
Ex Fastis Gelenianis.

XXIX.

A Pud *Ultraiectinos* Episcopi B. RADBODI de *Clivio Sanguine,* vitâ & liberalitate erga pauperes magni, cælo scientis excludendos omnes cupulentos, nisi eius Ianitores piâ pauperes manu corrumpent. *Ex Ann. Ultraiect.*

XXX